

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Christus ah  
cum fonte primo

Non quia forma eius decore lactei coloris eluxit, aut flauo crine lampauit, aut insigni statura preminuit, sed ueraciter humano genere pulchrior fuit quia peccatum non habuit,

quamuis pater Augustinus speciem decoris eius dicat fuisse laudabilem.

Cassiodorus super illud Psalmi:  
Speciosus forma pre filiis hominum.

Non quia forma eius decore lactei coloris eluxit, aut flauo crine lampauit, aut insigni statura praeminuit; sed ueraciter humano genere pulchrior fuit, quia peccata non habuit.

Illud enim recte *speciosum* dicimus,  
quod gratia mundissimae puritatis ornatur;  
quamuis pater Augustinus speciem corporis eius dicat fuisse laudabilem.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio Psalmorum*, 44, 3 (CCSL 97, M. Adrien ed., p.404, ll.81-87).